

FERIA SEXTA

meriti uiiri, pro his necesse est domino supplicant, q^a
adhuc spiritu seruitutis in timore premuntur, qua-
tenus eis paulatim ad sublimiora prouectis, perse-
cta dilectio foras mittat timorem.

SFERIA SEXTA
post cinerum. Matth^{ai}. V.

In illo tempore dixit Iesus discipulis
suis: Audistis quia dictum est antiquis: Di-
liges proximum tuum, & odio habebis ini-
micum tuum. Et reliqua

Prant quidam præcepta noui testamenti im-
possibilia esse, & dicunt grauiora esse præcepta
noui testamenti quam ueteris. Quibus respon-
dendum est, præcepta omnipotentis dei non esse im-
possibilia, sed potius perfecta. Si em̄ penē impossibi-
lia essent, nequaquam ab aliquo sancto obseruari po-
tuissent. Sed cū ea utcunq; sc̄tōs legimus obseruari,
clarer ea impossibilia nō esse, sed perfecta. Nam hoc

Luc^e. 6

Actu^s. 7
1. Reg. 1

Lemiti. 19.

Sapien.

præceptū domini in quo dicit, Diligite inimicos ue-
stros, benefacite his qui oderūt uos, à beato Stepha-
no & à Dauid impletum fuisse legimus. Stephanus
etem pro suis persecutoribus exorauit. Dauid autē
mortē atrocissimi inimici sui Saulis desleuit. Sed q-
rēdum est, quod conueniat hoc qd dñs in uereti testa-
mento præcipit: Diligite amicos, & odite inimicos
uos. Ad quod dicendū est, quod omnipotens deus
in inimicis nostris præcepit non hoc odire quod ho-
mines sunt, sed quod mali sunt. Nam deo loquit
Sapien. **S**apiētia: Nihil odiisti eorū quae fecisti. Si em̄ nihil odit

POST CINERVM

297

corum quæ fecit, quō dicitur per Malachiam, Jacob dilexi, Esau autem odio habui: Sed dñs odiuit peccatum in Esau, nō tñ odiuit humanā naturā. Non enim odit deus hominem quod homo est: sed odit eum in hoc, quod peccator est. **Et orate pro persecutibus & calumniantibus vobis.** Persequi, est uim inferre: calumniari, occasionem nocēdi perquirere. Sed querendum est, cum dominus præcipiat orare pro persecutibus & calumniantibus nobis, quid sit, quod in libris prophetarum, & in euangelio quædam imprecações inueniantur cōtra persecutores, quæ maledictiones putantur, sicut est illud: **Fiat mensa eorum corā ipsi in laqueum.** Et Paulus Apostolus **Psalm. 68. Actuū. 23** cū percussus esset à ministro sacerdotis, respōdit: **Per curiet te deus paries dealbate.** **Et dñs in euangelio:** **V& tibi Corozaim, V& tibi Bethsaida.** Ad quod dicendum, quia hæc uerba non sunt maledicētis uoto prolati, sed prædicentis affectu. Prouidebat enim dñs siue prophetæ, ruinam impiorum futuram, & can-demu-nam non optando proferebant, sed prophecando prædicebant. Iterum queritur, cum dominus iubeat pro inimicis orare, cur Iohānes pro fratribus quibusdam usq; ad mortē peccantibus, orare prohibeat. Ita enim dicit in epistola sua, **Est quoddam peccatum usq; ad mortē, non pro illo rogo ut quis oret.** Ad hoc dicendum est, quia inter fratres plerūq; sunt quædam peccata persecutionibus impiorum grauiora. Est peccatum usq; ad mortē, in peccato usq; ad mortē perseverare. **Vel peccatum usq; ad mortē operatur,** qui post agnitionem dei societatem fraternitatis impugnat, & eandē iniuriæ facibus agitat. **Ut sitis filii patris vestri.** Id ē, ideo ista facere debetis, ut si-

tis filii patris uestrī, qui solem suum facit oriri super bonos & malos, **L**uxa literā hoc solummō intellegendū est. **I**stas etēm duas creaturas, ē quibus omnes fruges terra nascuntur & frumenta, cōmuniter dñs distribuit, & super Christianos & paganos, & super bonos & malos. **S**i em̄ diligitis eos q̄ uos diligūt &c. **E**c est sensus, **S**i publicani & peccatores natura duce ad tantā bonitatem se extendunt, ut diligētes se diligāt, quāto magis uos latiores in charitate esse debetis, ut nō solum amicos, sed etiam inimicos diligatis! **N**ō ne t̄ publicani hoc faciūnt! Publicani dicebātur apud Romanos exactores, qui uectigalia à populo exigebāt. **E**t si salutaueritis fratres uestrōs tantū, & reliqua. **S**i uos illos, q̄ natura fratres ueobi sunt, aut feedere amicitia īstūt, salutaueritis, qd amplius facitis quām ethnici: ^{et eōs} grēce, latine dicitur gens, inde dicūtur ethnici gentiles. **E**t gentilis dicitur, qui ita permanet ut nascitur, in eodē uidelicet ritu et p̄fessiōe, & in eodem paganismo. **E**stote ergo vos perfecti, sicut t̄ pater vester cælestis perfectus es. **S**icut, nō est q̄litatis, sed potius similitudinis. **V**t sic ut deus in natura sua potestatis perfectus est, ita tu uos sitis p̄fecti, p̄ modulo uestra fragilitatis. **V**t sic ut deus solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, sic & uos dilectionem uestram, & solem uestram charitatis nō solum ad amicos, sed etiam ad inimicos extendatis. **A**ttende te ne iustitiam uestram faciat is coram hominibus, vt videamini ab eis. Attende, id est, a uete ne ad hoc iusta opera exhibeatis, ut ab hominibus videamini, & laudem humanam ab eis quartatis. **N**ō est quidem peccatum iusta opera coram ho-

¶ POST CINERVM 299

minibus facere, sed peccatum est ideo iusta opera facere coram hominibus, ut laus ab eis queratur. **Vnde & dominus superius dixit:** Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant uestra bona opera, & glorificant patrem uestrum qui in caelis est. **Duergo**

facia eleemosynam, nolituba canere ante te.

Ex consuetudine scribarum & phariseorum hanc sententiam dominus traxit. Nam in diebus festivitatum & ieiuniorum facturi eleemosynam, praeципiebant ante se tubis canere, ut ad sonitum tubae multitudine pauperum conuenirent, ut uidentes hoc populi, qui ad festum uicem cōfluxerant, laudibus suis eos magnificaret & extollerent, quos dei cultores essent, & eos etiam suis muneribus cumularentur. **V**el possumus hoc altius intelligere, Tuba enim solet in sacro eloquio manifestatione designari. **Vnde Paulus Apostolus dicit:** Omnes 1. Cori. 15 quidem resurgent, sed non omnes immutabimur.

In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba. **C**anet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur, id est, in aperto erit resurrectio celebrata.

Amen dico vobis, receperunt mercedem suam, hoc est, laudem ab hominibus. **T**e autem facies eleemosynam, nesciat sinistra tua quid facias dextra tua.

Quod ergo dicit, [nesciat sinistra tua, quod faciat dextera tua,] sensus huiuscmodi est:

Cum facias eleemosynam, noli in publico candē eleemosynam proferre, ne uidearis de alterius miseria gloriari. **Q**uicumque enim pro appetitu humani fanoris bonum aliquid egerint, sinistra eorum conscientia fuit operis eorum. Sinistra enim, appetitum humanæ laudis deficiat. **D**extera uero, intentionem bonæ uoluntatis significat, [Cum facias eleemosynam, nesciat sinistra tua

Matth. 5

quid faciat dextera tua.] Id est, bona uoluntati tua non misceatur appetitus humanæ laudis & favoris.

Ut sit eleemosyna tua in abscondito, hoc est, in bona conscientia. Multi sunt enim qui eleemosynas faciunt bona uoluntate, licet desit eis facultas que tri-

psalm. iii. buatur. Vnde dicit Psalmista: Iucundus homo qm-

iseretur & cōmodat, ostendens etiam in misericordia

gratiam quandam eleemosynæ esse. Tu autem cum

oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso

ostio, ora patrem tuum in abscondito. Dicit do-

minus superius, eos, qui eleemosynā ad sonū tubæ

facerent, hypocritas esse: & eos, qui in ordinate ieui-

nant, hypocritas fuisse: & eos, qui in angulis platear-

erant orantes, ut uiderentur ab hominibus, hypocri-

tas omnino fuisse. Vnde datur intelligi, quia quicunq;

bona opera causa humani favoris agit, hypocrita est.

Anguli platearū sunt quadriuia & compita. Anguli

platearum sunt, ubi per transuersum alterius viae duci-

tur, & quadriuium reddit. Ideo in quadriujs stabat,

ut de quacunq; parte uenientes homines, uideret eos

intendentes orationi, & magnificarent eos quasi dei

amicos & obseruatorēs legis. [Amen dico uobis, re-

cepérunt mercedem suam,] id est, laudem humanā.

Laudem enim humanam, quam appetuerunt ab ho-

minibus, pro mercede consecuti sunt. [Tu autem cū

oraueris,] Instituit dominus bonum athletam. Ac si

diceret: Tu qui causa uitæ æternæ oras, [intra in cu-

biculum tuum, id est, in secretum cordis tui. [Et clau-

so ostio] oris, ora patrem tuum.] Non in clamora-

uoce, sed in cōtritione spūs, sicut faciebat Anna ma-

ter Samuelis, quæ orando tantummodo labia mo-

uebat, sed penitus nulla uox illius audiebatur. [Vel

POST CINERVM 301

clauso ostio] cordis, contra malas cogitationes, ut cū
traveris, ne malae cogitationes habeant auditum &
introitum in corde tuo. Vel [clauso ostio,] id est, sen-
sum nostrorum.

SABBATO POST
cinerum. Lucae XIII.

In illo tempore dicebat Iesus cūdam
principi pharisæorum: Cum facis prandi-
um aut coenam, noli uocare amicos tuos,
neq; fratres tuos, neq; cognatos, neq; uici-
nos, neq; diuites. Et reliqua.

Farres, amicos, & diuites alterutrum conuiua
celebrare, nō quasi scelus interdicit, sed sicut ce-
tera necessitatis humanae commercia, ubi peccatores
peccatoribus fecerantur, ut recipiant aequalia ad p-
merenda uite cælestis præmia nil ualere ostendit. De
nisi subiungit: Ne forte et ipsi te reinuiscet, et fiat
tibi (inquit) retributio. Non ait, & fiat peccatum,
sed & fiat (inquit) retributio. Cui simile est quod ali-
bi dicit: Et si bene feceritis his qui uobis benefaciunt,
que uobis est gratia? Siquidem & peccatores hoc fa-
ciunt. Quamvis sint quædam misera frarum, amico-
rum, cognitorum, uicinorumq; diuitum conuiua, q
non solum in præsenti retributionem, sed & damnationem
percipient in futuro. Denique ab Apostolo in
ter opera tenebrarum adnumeratur: Sicut in die (in-
quit) honeste ambulemus, non in comesatiōibus &
exmetatibus. Comesationes q̄ppe sunt luxuriosa cō-

Luce. 6

Rom. 13.